

B

24

EXERCITATIO
M E D I C A
TRIGESIMA QVINTA.

In alma Argentoratensium Aca-
demiâ proposita:

P R A E S I D E
MELCHIORE SEBIZIO,
Doctore ac Professore Medico:
& Reipubl. Physico constituto:

Respondent
M. LAZARO ab HEYDEN,
Argentoratensi.

ARGENTORATI,
Typis exscribebat Joannes Andrea.

Anno M. DC. XXV.

V I R I S
ADMODUM REVEREND. MA-
gnific. Nobiliss. & clariss.

- Dn. JOANNI JACOBO GRASSERO, sacri Palatij Comiti, Equiti Aurato, Civi Romano, Poëta Laureato, & ad D. Claram apud Basilienses pastori fidelissimo: Mecœnati & Promotori suo nunquā non observando:
Dn. JOANNI KÜFFERO, Medicinæ Doctori celeberrimo, & in inclyta Imperiali apud Argentinenses Re-publ. Practico felicissimo, Patrono suo piè colendo:
Dn. CHRISTOPHORO BEZÆ, civi & Lithotomo apud eosdem peritissimo:
Dn. BERNHARDO WACHMANNO, Medicinæ Candidato, jamdudum meritissimo, Fautori suo singulari-

Non minùs &

Prestantissimus arg. Doctissimus viris Turvenibus,

- Dn. GEORGIO BINERO, è Silesiis, Medicinæ Candidato dignissimo, amico suo benevolo: &
Dn. PETRO LEHN, Hirsfeldensi Hasso, Medicinæ itidem apud floridissimam Basiliensem Universitatem Candidato, amico suo intimo:

*Dnn. Mecœnatib. Patronis, Promotoribus, Fautoribus,
& Amicus meus ad agonem usq; suspiciendis.*

*Exercitium hoc Medicum
Humiliis & observans
dicat & inscribit*

M. Lazarus ab Heyden
Argentina.

PROBLEMA I.

Sitne probandus usus, quem Aristoteles testibus tribuit? Quae Aristotelis sententia sit de testium usu, constat ex lib. 1. de gen. an. c. 4. & lib. 5. de gen. an. c. 7. Putat enim, testes non esse necessarios ad generationem, neq; facultatem habere conaturam: sed duntaxat factos melioris gratia, ut motum seminis faciant stabiliorem, & vasis intortis appensi, illa contineant, amplioraq; & patentiora reddant, non secus atq; pondera telis textorum appendi solent. Quare yis exercitiis, vasa retrahi, implicari ac corrugari, vias eorum occludi, semen amplius effundi non posse, ac propterea castrata animalia sterilia esse. Quod autem ad generationem necessari non sint, tribus rationibus probat. I. quia multa animalia, inter qua l. i. gen. an. c. 3. 4. & 6. nec non l. 3. hist. an. c. 1. pisces & serpentes recent, testibus carent: qua tamen coenunt prolificumq; semen emittunt. II. quia taurus quidam statim a castratione vaccam in iugum, eamq; impregnavit. III. quia testes nullam partem meatuum complent: hoc est, ut Laurentius interpretatur, nullam cum vasisspermaticis societatem habent: vel, ut Sclanus exponit, leviter solum meatibus seminariis foris applicantur: nullamq; caritate habent, in qua semen contineri queat. Verum Aristotelis sententia acriter se Galenus l. 1. de sem. c. 15. opponit, non obstante, quod etiam Medici nonnulli, inter quos Herophilus numerat, idem senserint, testesq; nihil ad seminis generationem conferre, fuerint arbitrat. Libet in Studiosorum gratiam totam disputationem Galeni, qua vnde prolixa est, paucis complecti. Mones autem, nolle se hoc uti arguento: Testibus refrigeratis, aut calcatis,

A 2 factis,

factis, aut colitis, aut induratis, aut alio aliquo vitio divexatis,
sterilia sunt animalia, etiamque ponderum instar seminaria vasa
deorsum trahant, eorumque retractionem impedian, & semini
transitum liberum atque apertum praebeant. Ergo ad seminis ge-
nerationem specieis procreationem necessarij sunt. Rationem
hanc reddit: quia Peripatetici semper habent, quod respondeant:
nimirum, sterilitatem induit, non propter vitia testiculorum,
sed quia una cum testiculis etiam vasa seminaria afficiuntur.
Itaque non vitia testium, sed vasorum sterilitas causam esse.
Alijs proinde argumentis sibi utendum putat: & quidem talibus,
que Aristotelis opinionem demoliantur. Primum desum-
tum est ex Anatomie & genitalium organorum fabricâ, que adeò
est artificiosa, ut si quis eam consideraverit diligentius, eorum
demiretur sententiam, qui testes propterea solum datos credunt,
ut spermatis instrumenta deorsum trahant. Totam verò illam fa-
bricam Galenus ibidem depingit, quam brevitatis studio nunc
omittimus. Secundum peritum est ab ipsis animalibus, quae testes
habent intra peritoneum deliquescentes: ut aves, Neque enim dicere
licet, in his quoque appensoe esse testes seminarij vasis, perinde ac
pondera: cum altiori loco siti esse videantur, quam sint ipsa vasa.
Tertiū de promptū ab effectu. Exectis quippe testibus, & ea quidē
ratione, ut vasa seminaria maneat integra atque illa sit, id quod in
masculis facilis & tutius: in fæminis vero ægrius & periculo-
sius, ob situm eorum, fieri scribit:) insignis in universo corpore
accidit mutatio. Nam mai non solum virtute seminis genera-
trice: verum etiam omni virilitate masculog. ingenio privatetur.
Fæmina verò neque in Venerem amplius incitat: neque virum coe-
undi causâ appetit sed omnem prorsus fæmineam naturam amittit.
Et ut hec eo clarius appareat, Galenus mutationum & alterationum
quarundam meminit in specie. Castrata siquidem animalia eva-
dunt pinguiora, frigidiora, debiliora, quia altero insiti caloris
principio spoliata. Ad hec senuum ac mulierum in modum pulsus
edunt parvos & languidos: venas habent tenues & angustas;
sanguis eorum florido destitutus est colore: depile non solum est
men.

mentum: sed etiam corpus totum: caro eorum suavior est: in-
suavior contra integrorum: imò ipsa carnium qualitas simile
quid testium qualitatibus praese fert grave ac virosum. Quam
mutationem ipse quoq; Aristoteles suo calculo confirmat. Ete-
nim l. 4. gen. an. c. i. scribit, spadones à pristinâ formâ disce-
dere, parumq; à fæminâ specie distare, Libro verò 9. hist. an. c.
ultimo, ingenuè profiteretur, animantium formam & mores non
sunt per etates & tempora: verum etiam castratione mutari.
Nam spadones non fieri caluos: capiā, quigallū sunt castrati, cri-
stam pallescere, curcire desinere, nec amplius Venerem repetere.
Si adhuc sint pulli, ne inchoari quidem ex dictis quicquam posse,
cum augment: id quod etiam in humana specie fieri tradit.
Castratus enim in pueritâ neg: congenitos pilos, quales l. 3. hist.
an. c. 11. esse dicit capit. superciliorum & palpebrarum: neg:
postgenitos, ut pubis, alarum & menti, innasci: vocem minimè
mutari: sed suum acumen servare. Castratis in pubertate post-
genitos defluere, praterquam pubis. Pubem enim, quamvis mi-
nuatur, tamen manere. Congenitos autem pilos non defluere.
Neminem enim spadonem calvescere. Animalia, que, dum cre-
scunt, castrantur, majora & eleganter: quād incastratae evadere:
nil autem accedere ad magnitudinem yis posse, qua posse aquam
adoleverunt, & jam crescere desinunt, castrantur. Cervos, si cum
per atatem nondum gerunt cornua, castrantur, cornua non edere.
Cornigeri verò si excidantur, non decidere cornua, & eandem ma-
gnitudinem servare. Cum ergò tam insignes & evidentes muta-
tiones in universo corpore ex castratione fiant, rationi consonum
est, ait Galenus, testes non ponderum instar vasis spermaticis ap-
pensos esse, ut ea retrahant: sed nobiliorem habere usum, atq; ad
Cor propè accedere: è quòd mulio calore totū corpus perfundant,
eig; robur haud exiguum conferant. Imò in hoc vel corde ipso
aliquid amplius habere: quòd praeerquam quòd colorem & robur
animalibus præbeant, etiam in causâ sint, ut species perpetetur.
Neg: dicere licet, has mutationes oboriri, quòd vasa seminaria
excindantur. Nam si etiam vasa hac integra illasq; permane-

ant, id quod fieri potest facile, si à peritis castratio dextræ celebretur; soli autem testes avellantur, totum alterari corpus animadvertisimus. Proinde non ob membra, qua remanent: sed que tolluntur, vis masculine perit. Aristoteles, cùm hanc mutationem vidisset, & execta omnia in feminas, tūm voce, tūmetiam reliquā corporis formā mutari perspexit: causam l. 5. gen. an. c. 7. non testibus per se: verū cordi, quod exectis testibus resolvī & laxari putabat, tribuit. Parvas quippe particulas causam adferre dicit magnarum mutationum; at non sui ratione: sed quando accidit, ut nō dñe principium, à quo totum corpus regitur, unde eum ipsis mutetur. Principia enim quamvis magnitudine parva sint: tamen facultate magna esse. Quod Aristotelis placitum, ut melius intelligatur, repetendum, sententiam ejus fuisse, velut ipsem loco jam citato, docet testes ponderum instar seminalibus vasis annexos fuisse, ut illa servarent recta & stabilia. Etenim quemadmodum chordæ, appensis ponderibus, intenduntur: & veluti textricū stamina stabili sunt, si quis laxaveritā, hoc est, lapides ȳs adjungat: sic etiam vas illa, additis testiculis, tanquam ponderibus & scolis, stabiluntur tendunturq;. Testibus autem exemptis, tensio vasorum spermaticorū laxatur: quemadmodum laxantur chordæ & textricū stamina detractis ponderibus. Laxatis vasis, vena quoq; cava laxatur: quoniam illa ab hac dependent. Rursus venā cavā laxatā, cor etiam, quod illic est principium, resolvitur & laxatur. Resoluto cordis robe, nil mirum, si totum corpus energetur, planēg, effeminatum reddatur. Itaq; mutationum, quae castrationem sequuntur, causam Aristoteles non ad testiculos: sed totius corporis principium, ipsum scil. Cor, refert. Contra quam sententiam Galenus iterū l. 1. de sem. c. 15. acriter insurgit, & Aristotelem telio sequentibus adorit. I. Si exectis testibus propterea debiliora redduntur animalia, quia cor, ex quo omne robur in corpus manat, ablatis ponderibus, quae ipsum intendebant, resolvitur & laxatur: sequitur, cor non ex propriā naturā ac temperaturā vires habere: sed quia à testibus, perinde ac lapidibus quibuidam appensis, deorsum

sum trahatur. At consequens est absurdum. E. & Antecedens.
II. Esto: habeat sanè cor vim istam non ex propriâ naturâ: sed
externum aliquod requirat subsidium, ut robur alijs partibus
communicet, nimirūm parte tendente, ut perinde ac chorda, aut
stamen, firmetur atq. stabiliatur, sic tamen argumentari licebit.
Vbi natura partis alicujus tensionem & plurimis, & validissimis,
& perpetuis, qua nunquam deficiunt, quò usq. animal vivit, &
zalibus, qua facile separari nequeunt, auxilijs præstare potest, ibi
non molitur hisce contraria. At tensionem cordis & plurimis,
& validissimis, & perpetuis, & separatu difficultibus præstare
poterat auxilijs. Ergo non utitur hisce contrarijs, nimirūm te-
sticulis: qui numero tantum duo sunt: quiq. exilibus & texeris
adharent vasis, & sine vite periculo facile separari possunt. Mi-
noren Galenus probat: quia natura tensionem istam cordis
præstare poterat per arteriam magnam. Hec enim ex sinistro cor-
dis thalamo egreditur, & secundum longitudinem spina dorsi
descendit, eiq. applicatur, firmiterq. vinculis membranosis an-
nectitur: non tantum in inferâ: sed etiam in superâ parte, quâ ad
jugulum ascendit. Imò etiâ secundum reliquas sitûs differentias:
antè scil. & retrò: ad dextram & ad sinistram: ut vinculis hisce
alligata, cohinda & intenta totum cor ad se violenter trahere
possit. Neg. tantum per arteriam istud moliri natura in promptis
eras: sed etiam per venas, nervos, atq. membranas: que partes
non ita facile à corde, ut testes, separari valent. III. Quæ cor-
pora sunt parva & levia, ea non ita trahere & tendere possunt,
ut eorum vis ad distantiora loca pervenire possit. At testes sunt
zalia corpora. Ergo vis eorum pervenire nequit usq. ad cor, quod
viscus est ab ijs valde disjunctum. IV. Quæ vasa in medio revo-
lutiones habent plurimas, hoc est, gyros atq. anfractus, per illa
nullo modo ab una parte in alteram usq. nisi dirigantur, & recta
fiant, intentio fieri potest. Atque vasa cordis ad testes tenden-
tia in medio tales habent anfractus: & quidem tantos, ut si diri-
gerentur, ad media usq. femora pertingerent. Ergo. V. Quæ
animalia non ponderum instar pensiles, sed omnipèo astrictos

ad

ad ventrem testes habent, in ijs neq; testes præsentes suum facere posent officium, cum non traherent deorsum & tenderent: neq; absentes corpus totum reddere debile & laetum. At inter quadrupeda sues adstrictos habent testes: & inter bipeda aves omnes intra peritoneum ad spinam dorsi testes gerunt alligatos. Ergo in ijs aut testes nunquam facerent suum officium: quod absurdum: quia natura nullam particulam frustra condidit: aut execti corpus minimè enervarent: quod itidem falsum: ut ex supra dicta liquet. VI. Si testes cor tenderent, deorsumq; traherent: ut ijs magis hoc præstarent renes, lien, intestina, & alia omnia viscera in imo ventre contenta: idq; propter triplicem rationem: I. quia sunt majora, & consequenter graviora. II. quia cordi viciniora, sine ullâ mediâ revolutione, sive anfractu. III. quia omnia venis & arterijs sunt prædita: ac propterea cordi conjuncta. At hoc non faciunt, neq; hoc facere dicit Aristoteles. Ergo neq; testes, qui sunt minores, leviores, à corde distantiores, & vasis annexi in gyros & anfractus contortis. VII. Quæ gyris & anfractibus sunt involuta, non intenduntur. Revolutioni enim contraria est intentio: ideoq; locum in uno eodemq; subiecto habere nequeunt. At vasa seminaria gyris sunt involuta. E non intenduntur à testibus: & per consequens neq; eorum principium, Cor. Aut igitur utilis est hec vasorum revolutio, & pondus testium non modò inutile, sed etiam damnosum: aut si hoc utile est, cor male deorsum intendetur. VIII. Q; deorsum intendi debet, id per ejusmodi partem intendi debet, que omnium optimè, facilimè & validissimè id facere potest. Atqui secundum Aristotelis mentem cor deorsum intendi debet, ut ejus robur servetur. Ergo intendi debet per ejusmodi partem, que id ipsum omnium facere potest optimè, facilimè & validissimè. Hoc autem potest jecur: 1. quia mole est magnum, & proin grave: 2. quia situ cordi proximum: 3. quia cordi per venam omnium maximam, cavae appellatam, sine ullâ revolutione & flexu conjunctum. Non possunt vero testes, ob causas contrarias quoniam corpora sunt parva, levia, longè à corde distata, & vasis longis flexuoz.

flexuosisq; appensa. Ergò si cor non ex propriâ naturâ contentio-
nem eam haberet, sed extrinsecus alia, & prater naturam inter-
tione, indigeret, ab hepatè certè, non à testibus, eam haberet. IX.
Si officium testium esset, instar ponderum, staminibus appenso-
rum, & vasa seminaria, & unâ cum illis Cor deorsum trahere: ut
vasa qui dem serventur rectâ, liberorēmq; transitum semini pre-
beant: cor verò intendantur: ne vis ejus laxetur ac resolvatur: sa-
nè senes, & qui vel naturâ, vel morbo debiles sunt, omnium eis
robustissimi: infirmissimi contrâ juvenes, & qui pro validis ha-
bentur. Ratio est: quoniam illis testiculi sunt laxi & penduli.
Itaq; fortius & vasa, & cor traherent deorsum: sicq; tonum cor-
dis magis custodirent. His verò curtipenduli: atq; adeò ad tra-
ctum non adeò efficaces. X. Aristotelis doctrina huc in parte
sibi minimè consentit. Ergò est suspecta. Antecedens probat Ga-
lenus hoc argumento. Qui uno in loco statuit, firmitatis ac robo-
ris membrorum causam esse calorem insitum, aut spiritum innatu-
m, aut bonam temperaturam: in alio verò eam in intentione ex
annexis ponderibus sitam esse docet, is minimè sibi consentit: quia
prior causa interna est & secundum naturam: posterior verò vio-
lenta & preternaturam. At Aristoteles hoc facit. Ergò. Quod
autem intention, qua sit à principio externo, sit violenta & p. n.
Galenus eodem monstrat exemplo, quo Aristoteles usus. Chor-
de enim rumpuntur, si diutius intentare manent. Vnde Cythari-
sta lyras & cytharas deponentes, cum non amplius ludere volant,
chordas remittere solent. Nec sequitur, chordarum intentionem
utilē esse: Ergò hanc secundum naturam ipsis esse censendum. Non
enim rerum affectiones nostris metiri usibus convenit. Nam hoc
si fieret, etiam mactatis victimis mors secundum naturam foret:
quippe cum nobis utiles sint futura. Negat tamen, etiam si chor-
dei maximè secundum naturam esset intention, propterea cordi
quog; talis erit. Si namq; Inductio scientiam apodicticam par-
re nequit: multo minus eam Exemplum pariet. Hactenus Gale-
nus. Cujus disputationem, urpote rationibus munitam plurimis
& firmissimis, oculari, inspectione comprobata, velle nenter

laudamus, amplectimur & Auditoribus nostris etiam atq. etiam
commendamus. idq. eò magis, quoniam ipsem Aristoteles, tan-
quam à veritate coactus, testib. l. i. gen. anim. c. 12. longè alii,
& quidem nobiliorem usum assignavit: nimiri. m. t. s. om̄equā
t. l. v. generationem & concoctionem seminis. Preterea quia mu-
sculi testium, rebusq. suspensoriis dicti, usui testibus ab Aristot-
ele assignato planè repugnat. Vult enim Philosophus, testes pon-
derum in star seminaria vasa deorsum trahere. At natura hanc
tractionem studiosè preceperit: & cuig. testiculo muscularum oblon-
gum, gracilem, ab oīs ilij regione enatum, périg. productionem pe-
ritonei delatum, attribuit, ut attolleretur sursum: nec prodere
suo vasis istis oneri effet: sic docente Galeno l. de dissect. muscul.
c. 27. &c. l. 14. us. part. c. ultimo.

II.

Quid ad argumenta Aristotelis in principio præcedentis
problematis proposita respondendum? Diximus, Aristotele
l. i. gen. an. c. 4. tribus usum fuisse argumentis, quibus probare
conatus, testes non simpliciter & absolute ad generationem neces-
sarios esse: sed duntaxat ad generationem commodiorem. Ad pri-
mum autem respondemus, etiam si testes non sint simpliciter ne-
cessarij omni animalium speciei ad generationem: esse tamen sim-
pliciter necessarios speciei humanae, & quibusdam alijs, que per-
fecta & vivipara. Deinde licet in piscibus & serpentibus deside-
rentur tales, quales in hominibus cernuntur: non deesse tamen
ērare, quod testibus proportione respondeat. Ut enim animalia
coenundi modo & materia generationis inter se differunt: sic quoq.
genitalibus organis non planè convenient: teste Aristotele l. i.
gen. an. c. 3. Scribit idem libro codem c. 6. pisces & serpentes
etiam pene, sive membro genitali, carere: non quia melius sit care-
re: sed tantum quia necessarium: quemadmodum prolixius ibidē
ostendit. Inde vero minimè sequitur, nulli prorsus animalium spe-
cierit necessarium esse penem. Imò ne ipsa quidem animalia, que te-
stes habent, pariratione eos habere. l. i. gen. an. c. 3. docet. Quædam
enim illos habent lumbis annexos: ut aves & quadrupeda corona-

No. 1.

Nonnulla ultimā alvo conditos: ut delphini. Alia foris eos gestant:
sed aut pensiles: ut homines: aut annexos ad sedem sessiles: ut sees.
Ad secundum. Vix videtur veritati consonum, taurum statim à
castratione, que maximum genitalibus partibus, ob exquisitum
earum sensum, dolorem parit, vaccā inijße. Acerbus siquidem ge-
nitalium dolor potentissimum & presentissimum est adversus li-
bidinus astum remedium. Sed fidem adhibeamus historię, & cre-
damus, taurum mox à castrationis actu coijße: sequeturne, testes
ad generationem nil conferre? Minimè gentium. Nam semen,
quod in actu venero emittitur, non immediatè fluit à testibus: sed
à vesiculis seminalijs, & corporibus glandulosis, quæ ad vesicæ cer-
vicem, juxta sphyncterem, sunt posita. Hec enim promptuaria
sunt seminisi, in quibus illud usq; ad tempus excretionis eſervatur.
Verū inanita semine amplius, exectis testibus, impleri nequeunt.
Proinde et si castratus taurus propter semen, quod jam ante castra-
tionem in corporibus glandulosis collectumerat, vaccam inierit:
eam tamen ulterius inire & implere non potuit: quoniam nullum
amplius sperma produxit. Hoc enim, ut alijs etiam dictum, in va-
sis spermaticis preparatur: in corpore varicoso elaboratur: in testi-
bus perficitur: à vasis ejaculatorijs deferuntur: in vesiculis & corpo-
ribus glandulosis, quæ prostatæ avenientes appellantur, usq; ad tem-
pus emissionis eſervatur. Ad tertium. Negamus testes nullā cum
vasis seminalibus societatem habere. Autō n. monstrat, & Ga-
lenus l.i.de sem.c. 15. docit, ex Epididymide, seu corpore varico-
so, multas fistulas ad testem permeare. Et quomodo quoſo instar
ponderum eſent vasis seminalijs, ut Aristoteles quidem volebat,
appensi, si nullum ijs cum hīſce commercium eſet? Quid dicitur,
nullam ijs inesse cavitatem, regerimus, manifestam quidem, sen-
ſibiliem, & evidentem nullam inieſe: inieſe tamen poros & mea-
tus plurimos: quoniam substantia testium rara, laxa, fungosa &
ſpongiosa: idq; eum in ſinem, ut ſemen diutius in ejusmodi angu-
ſia detineatur, & perfectionem ſuam ac characterem facundita-
tis conſequatur. Semen verò in testibus contineri vel ipſus conſte-
tur Aristoteles l.i.gen, an.c.4. cum inquit, avium & quadrupē-

dum oviparorū testes excrementū genitale recipiant. Aves namq.
tempore coitus testes multò grandiores habent, que certo tempore
coerunt. At ubi id tempus præterit, adeo habent exiguos, ut ferè
incertum sit, an habeant, necnē?

III.

Quid sentiendum de illorum opinione, qui afferunt, te-
stes pro defæcatione solùm seminis conditos esse? Arbitran-
tur non nulli, testes eum in fine factos, ut serositatē seminis exugat,
corinéantur: hac motu ratione, quoniam inter glandulas recensen-
tur. Hec autem glandularum juxta Hippocrat. de glandul. sit utili-
tas, ut r̄v. trœv. ē. r̄v. ē. alia r̄v. r̄v. r̄v. redundantiam reliqui corpo-
ris afferant. Nos eos graviter hallucinari primū inde con-
vincimus, quia testes inter partes principes, non quidem ratione
conservationis individui: attamen ratione propagationis speciei,
à Galeno, & alijs præstantissimis Medicina scriptoribus, numerā-
tur. At parus principis munus nō est, excrementsa humorū ad se tra-
here, & materias defacere. Deinde, quia semen ipsum, non nuda
serositas seminis in testibus observarur. Tertio, quia mirabiles mu-
tationes, quae ex exitis testibus in corpore sunt, fatis supèrg. demon-
strant, nobiliorē longè usum testibus assignatū esse, quam excremen-
ti seminis serosi expurgationē. Quartò, tantā sericopiam, in semine
nō admittimus, ut illius causa duob. corporibus opus sit pro defæca-
tione. Quinto, quia alba testium substantia non obscure indicat,
eos seminis effectores & authores esse. Rationem adversariorū
quod attinet, testes non glandulas simpliciter: sed glandulos a cor-
pora esse dicimus. Inter glandulas enim & glandulosa corpora
Galenus l. 14. meth. med. c. 11. distingit. Illa usum tantum ha-
bent: quatenus vasa fulciant atq. stabilunt, ne per longas capaci-
tates delata, suisq. sölis membranis munita, in violentis motibus,
tanquam rami à truncis divellantur: humores superfluos absor-
bent eib[us]q. spongiarum modo: deniq. partes quasdem irrigant:
ne facile siccantur, aut ad motum reddantur inepta. Hac actione
prædicta sunt, quia xvixat ostiū & prop. erē majoris ponderis aq.
momenti, quam glandula.

IV.

Quo loco habenda illorū opinio, qui volunt, testes in-
star

at pulvinariū & molliorū substerniculorū tātūm vasa fulcire. Eo quo opinio precedens, hoc est, nullo. Scimus quidē, ubi vasorū sunt divisiones, sive divertia, divaricationes & diremptus, ibi apposita esse glandulas, ut īs, tanquam pulvinaribus & molitoribus bratis, vasa fulciantur stabilantūq;. Verūm longe alium testium usum ēse, ex precedentibus liquet: & ratio ipsa, que ex Anatomie petita, suadet. Nam glandulae divisiones vasorum conceſſe vasa undig, fulciunt atq; sustinent: quemadmodum apparet in parotidibus, thymo, pancreate, bubonibus & glandulis axillaribus. At testes sphaermaticis vasis tantūm appenduntur.

V.

Rectēne dici possit, semen à toto dedecere? Ex precedentibus liquet, ajetē defendiſſe veteres naturae ſpeculatores: ſed diſpari. tione, Hippocratem enim & Aristotelem voluiſſe, ſemē, tanquam ultimi alimenti, quod jam partium naturā & conditio- nem ſapit, excrementū, demitti à toto. Veteres autem alios, in quos Aristoteles l. 1. gen. an. c. 18. invehiſtur, illud tanquam colliqua- mentum à ſingulis prodire membris docuiſſe: ratos, ſubſtantiam singularum partium in congreſu conjugali per motum & agita- tionem totius corpora aliquo modo colliquari, hincq; colliquatio- nem ſeminis materiā ſubministrare. Statiuſſe ergo antiquitatē, ſemen vel ex ſuperfluitate alimenti singularum corporis partiu: vel ex colliquatā eārū ſubſtantia manare. Verūm cum neutrī ſen- tientia ſubſcribamus, haud immeritò queritur, an non alia ali- quā ratione dici citra absurditatēm poſſit, ſemen à toto demitti? Ad hanc quæſtionē respondet Andreas Laurētius l. 8. anatome. quæſt. 4. duplē ſeminis eſſe materiam: ſanguinem & ſpiritum. Ratione ſanguinis ſemē non poſſe dici ab omnibus corporis partib: dedecere: quia iā e veniſtantūm ſit deciduus: nullo modo à ſolidis partibus alteratus. Ratione uſpirituum poſſe: quoniam ſunt aerei, tenuiſſimi, perniciitate velocias, oberrantes per corpus totum; idcōq; ab omni corpore ad testes influūt, & quia singularū partium ideam preſerunt, viuq; earum formaricem deſerunt, faciunt, ut, licet ſanguis non manet à toto: omnes tamen partes formari- queant.

queant. Alij idem dicunt: sed aliis verbis. Ajunt enim, decidi semen à toto, non substantialiter & materialiter: sed virtualiter: seu non καθ' οὐλην, sed καθ' οὐλην: quatenus scil. spiritus vitalis ex omnibus membris accurrit, & cum semine miscetur. Distinguunt ergo inter materiam & efficientem: hancq; à toto derivari volunt: illam non ire. Atq; huic sententiae Fernelius etiā favere videtur. Sribit enim l.7. q̄. 10. c. 4. in semine cōprehensa teneri duo: materiam & facultatem. Illam, que patienti vim habet, non ab omnibus corporis partibus: à quibusdam tamen necessario secerni. Hanc vero, qua prorsus est efficientis, ab unaq; vel minimā demigrare: quod nonnulli hac verborum interpretatione explicant: semen non mole: sed viribus à toto deflare. Nostra sententia est: distinguendum esse inter semen absolutum, perfectum, & fecunditatis charactere insignitū, & inter seminis materiam. Illud immediate procedit à vasis, sive organis spermaticis: preparantibus, elaborantibus, perficiētibus, ejaculantibus, & aſervantibus: non à toto. Hec duplex est: propinqua & remota: & utraq; partim sanguinea, partim spirituosa. Propinqua fluit à trunco vena cava & arteria magna. Remota tamen spirituosa, quam sanguinea, à toto provenit; non quidem à toto distributivè, hoc est, à singulis illius partibus: sed collectivè, quatenus originem suam agnoscit in corde, hepate & cerebro, à quibus membris totum corpus gubernatur: queq; materiam pro vitâ, sensu & nutritione toti subministrant. Dicere quoq; licet, remotam seminis materiā utramq;, sanguineā & spirituosam, eā ratione à toto proficiēti, quoniam à corde, hepate & cerebro, uti ostensum, prodit. Tria namq; hec principia sunt in toto, & singulis ejus partibus: cor quidem per arterias, hepar per venas, cerebrū per nervos. Quod ergo ab eo fluit, quod in toto est, idipsum quoq; à toto fluere recte statnitur.

V. I.

An soli testes semen producant: an verò ad illius generationem etiam vasa spermatica aliquid conferant? Galenus in consciendo semine testibus plurimum tribuit: ut liquet ex precedentibus. Verum aduersus eos, qui solo testes semen producere

cere existimārunt, ex profeso l. i. de sem. c. 14. disputat. Doceo
enim, testes quidem effectores seminis esse: sed ita, ut ad illius pro-
ductionem etiā vasa spermatica concurrant. Probat hoc primum
authoritatem Aristotelis: quem libro codem c. 13. statuisse dicit,
munus generandi seminis venis atq; arterias spermaticas, de qui-
bus l. 3. hist. an. c. 2. & 4. agit, à naturā demandatum esse. Deinde
cap. 14. ad 14. Nam si semen testium tantum opus est, utiq; in va-
sis spermaticis nihil reperiatur. Quemadmodum enim in ventri-
culo & intestinis sanguinē non videamus, propterea quod nihil ad
aqualoriorū faciat: sic nequaquam in vasibus hisce semen observa-
retur, si nihil ad ejus generationem conserrent. Addit insuper
rationem ex Anatomie petitam. Cernimus spermatica vasa non re-
cto trampite ad testes ferri: sed gyrī & anfractibus intorta. At
quis quo se istarum circumvolutionum usus? Nullus certè alius,
quam ut materia seminis diutius in ijs permaneat, meliusq; & ex-
quisitiūs concoquatur. Nam si tunica horum vasorum mortue es-
sent, & ad alterandam seminis materiam impotentes, rectā sanè,
sine revolutione, ad testiculos abirent: quoniam hac ratione & me-
lius, & facilius ad illos posent exporrigi. Si vero concedatur, vasa
quidem hec naturā suā dictam alterandi seminis facultatem ha-
bere: eam autem non exercere: perinde est, inquit Galenus, ac si
quis dicat, ignem frigidum esse: & tamen non refrigerando, sed
calefaciendo alterare: quod absurdum. Alteratio enim & secun-
dum qualitatem mutatio nil est aliud, quam respondentis ad agen-
tem assimilatio. Nos & testes, & vasa spermatica semen efficere
arbitramur: sed testes testos: vasa autem dicitur, & nō ἐπίπονη,
quam testibus acceptam ferunt. Quod placitum à mente Galeni
haud alienum videretur. Nam licet vasis spermaticis vim ova-
tionali tribuat: longè tamen infirmiorem ijs concedit, quam te-
stib. Ait enim l. i. de sem. c. 16. Venas & arterias spermaticas
paucum semen multo temporis spatio conficiere: testes autem paucio
tempore multum, & exquisitè quidem elaboratum proferre: ut qui
sincerissimam semini qualitatem habeat. Proprietà Herophilū
ibidem resultat, qui vasis majorem, quam testiculis generandi se-
minus virtutem tribuit.

Sitne

V I I.

Sintne testes principalibus corporis membris annum eradi?

Notiorum est, principes partes vel ad individui conservationem: vel ad speciei propagationem pertinere. Illas esse, qua 1. simpliciter & absoluè ad vitam sint necessaria. II. vel facultatem: vel saltem materiam; vel utramq; roti largiantur. III. canales habeant à se ortos, per quos aut facultatem, aut materiam, aut utramq; in totum corpus diffundant. IV. regum & principum instar in certo aliquo ventre, tanquam in regia, residenceant: quemadmodum Exerc. 28. prob. 5. Ex. 1. 6. placit. Hipp. & Plat. c. 10. l. 14. us. part. c. 1. com. 3. in 1. Hipp., περὶ τροφῆς & μηροῦ. c. 9. ασθένεια. Has, que circa materiam generationis nostrā sunt occupatae. Testes ergo cum Galeno l. 2. de cur. rat. ad Glaucon. c. 2. & in μηροῦ. c. 9. inter principes partes collocamus: non eas quidem, que ad conservationem individui referuntur: sed qua ad speciei perpetuationem spectant: idq; propterea, quoniam, ut in precedentibus probatum, semen principaliter efficiunt, sine quo continuatio speciei fieri non potest.

VIII.

Cur testibus arte refrigeratis totū corpus refrigeretur & cardiacis remediis illis apositis robur tori corpori addatur? In more possum habent quidam practici, ut pro extinguendo corporis incendio, quale in febribus ardentibus se offert, refrigerantia epithemata, tūm partibus alijs, v. g. hepatis, cordi, carnis manuum & plantis pedum admoveant: tūm verò etiam testiculis illis applicent. Et Archangelus Piccolhominius l. 3. anatom. lect. 4. scribit, topica cardiaca in summo vitali facultatis, aliarūmq; virium languore, utiliter testibus apponi. Queritur ergo de causā. Respondemus priori quæstioni causam esse, quia Galenus l. 1. de sem. c. 15. alteram quæstionis calorii sedem in testibus ponit. Itaq; principio & refrigerato, mīnūrum, si alia quoq; membra refrigerentur. Huc accedit & altera causa: quoniam per applicationem frigidorum topicorum seminis fervor, qui totum corpus calefacit, restinguatur. Item & tertia: quia testes mirabilem cum corde & hepate per arterias & venas spermaticas & utræcunque habent: adeo ut refrigerari, etiam cor & hepar per partium continuationē, & refrigerationem sanguinis & spiritus vitalis, nonnihil refrigerare valeat. Atq; hac etiam secundi quæstionis causa est. Nam quanquam alia quoq; partes cum corde consentiant: sitq; ut Hippocrates in libello περὶ τροφῶν loquitur, σύφηρα μία, σύμπτωτα μία, καὶ σύμπαθη μία: differentiam in eo est, quod quadam partes magis: quadam minus cum corde conseruent;

F I N I S.

01 A 6570

ULB Halle
002 937 867

3



Farbkarte #13

